

Gratia sic enim considerans de sensu, considerat de omni sensibili, & considerans de intellectu, considerat de omni intellegibili, ut dicit Arist. In principio libri de Partibus animalium, prima igitur materia, ut subiectum, & ut potentia respicit formas naturales, & sic considerat formas in quantum sunt perfectiones, & actus perfectiores materiam, unde quodlibet forma quantumcum perfecta describirit isto modo, ut dicitur esse actus sua materia, dicitur enim in diffinitione anima, & anima est actus corporis organici Physici potenti vitam habentis, sed prima materia, ut potentia passiva referunt ad primam formam, ut est potentia activa, & sic formaliter dicitur primus motor, & sic Naturalis etiam consideratur utrunque sicut diximus, unde Cömen. 12. Meta. com. 18. inquit, omnes formae sunt in potentia in prima materia, & sunt in actu in primo motore, & ibidem com. 24. inquit, forma primi mouentis est quadammodo omnes formae, materia igitur prima, ut à Naturali consideratur dicitur relativa ad formas naturales in quantum naturales sunt, & ideo de utrifice consideratum ut à Naturali consideratur dicitur relativa ad id quod est prima forma, non tamen ut sic, sed in quantum est primus motor, & potentia activa, quia licet ista sint una res numero, sunt tamen plura secundum rationes formales. Similiter patet quod finis, ut terminus motus, pertinet ad illum qui considerat agens per motum, sed finis ultimus cognoscitur auctiori modo quod sicut sita motus, sicut diximus, Et ita mihi uidetur in tanta difficultate dicere, & si alii melius possent dicere, dene laude & gloria Deo.

Prop. 29.

Oportet principia semper manere.

SIC RIBITVR ista propositio in primo Physicæ auseulta, tex. cō. 50. Intelligitur tamen isto modo, sicut glosat eam Cömen. videlicet, & principia non debent esse transmutabilia, & generabilia ex aliis. Nam sicut patet ponderant ad hunc sensum uadit intentio Philosophi ibi, uult enim ibi ostendere quod nedium principia non sunt infinita, immo etiam quod non quæcumque contraria sunt principia. Nam contrariorum quadam sunt prima, & quadam posteriora, quæ autem posteriora sunt non possunt esse principia, quia facta sunt ex primis. De ratione autem principiorum est quod semper permaneant, hoc est dictum, ut permaneant in ratione primi. Nam. 5. Meta. tex. cō. 1. De ratione principii est primus esse, & primo Posteriorum, idem dicto primi, & principium, unde loquitor ibi textus de albo, & nigro, & dulci, & amaro, que sunt extrema contraria, ex quibus mediet generatur. Manifestum est autem quod sicut se minat in præmissis, sic debet colligere in conclusione, si igitur intendit probare quod non omnia contraria sunt principia, qui principia oportet manere, sed contrafaria posteriora non permanent, quia sunt ex aliis, ideo non sunt principia. Si per permanentiam Philosophus intellexisset per permanentiam temporem secundum genus, uel secundum species, patet quod contraria etiam posteriora illo modo semper permanent stante æternitate mundi, oportet igitur per permanentiam, ut intelligat id quod diximus. Ex quo patet quod non propter istam autoritatem: oportet ponere alii quam formam coeteram in prima materia, nec aliquam priuationem, sicut quidam conati sunt dicere. Nam materia non habet aliquam formam, nec aliquam priuationem sibi propria, sed est in potentia indifferenter se habens ad quodlibet formam, & ad quolibet priuationem. materia enim non est quid, neque quale, nec quatum, nec aliquid eorum quibus ens est determinatum, sed ut inquit Cömen. ibidem. 7. Meta. tex. cō. 8. materia est in potentia ad omnia decem praedimenta, & ad omnes priuationes eorum, & in suu substantia nullam habet, neque formam, nec formæ priuationem, sicut etiam superius ostendimus contra fingentes corpus de pycnamento substantiam coeteram in prima materia. Et aduerte quod ut dicitur primo Physicorum principia generationis sunt tria, materia, forma, & priuatio: & hoc intellige uerbaliter respectu cuiuslibet generationis, sive sit generatio simpliciter, quemadmodum est in substantiis: sive fit generatio secundum quid, sicut est generatio in accidentibus,

Glos. Auer.

L
Contra positiones formæ corporatis, non permanentia, quia sunt ex aliis, ideo non sunt principia. Si per permanentiam Philosopher intelllexisset per permanentiam temporem secundum genus, uel secundum species, patet quod contraria etiam posteriora illo modo semper permanent stante æternitate mundi, oportet igitur per permanentiam, ut intelligat id quod diximus. Ex quo patet quod non propter istam autoritatem: oportet ponere alii quam formam coeteram in prima materia, nec aliquam priuationem, sicut quidam conati sunt dicere. Nam materia non habet aliquam formam, nec aliquam priuationem sibi propria, sed est in potentia indifferenter se habens ad quodlibet formam, & ad quolibet priuationem. materia enim non est quid, neque quale, nec quatum, nec aliquid eorum quibus ens est determinatum, sed ut inquit Cömen. ibidem. 7. Meta. tex. cō. 8. materia est in potentia ad omnia decem praedimenta, & ad omnes priuationes eorum, & in suu substantia nullam habet, neque formam, nec formæ priuationem, sicut etiam superius ostendimus contra fingentes corpus de pycnamento substantiam coeteram in prima materia. Et aduerte quod ut dicitur primo Physicorum principia generationis sunt tria, materia, forma, & priuatio: & hoc intellige uerbaliter respectu cuiuslibet generationis, sive sit generatio simpliciter, quemadmodum est in substantiis: sive fit generatio secundum quid, sicut est generatio in accidentibus,

Dicitur inter eas & principia generationis.

Nam Arist. ibi tex. cō. 57. proponit se inuestigaturum principia generationis in communi, ubi lucidissimus Themistius, & Auer. in commento exponunt per generationem in communi, tam illam quod est in substantia, quam illam quod est in accidentibus: & adiuete quod est differetia magna inter causas generationis, & inter principia generationis. Nam causæ reales generationis sunt duæ tantum, uidelicet, materia, & agens seu motor. Sed principia generationis sunt tria, materia, forma, & priuatio: in plus enim est principiū quod causa, ut dicitur. 5. Meta. tex. cō. 1. Nam omnis causa principium, non omne autem principium causa. Nam priuatio principium est, sed non causa. Vnde scire debet, quod forma etiam dicitur generationis principium propriæ loquendo, non tamen causa, ut ostendam, primum probat, quia genere ratio ut est quidam motus, seu mutatio requirit terminos duos oppositos, & requirit subiectum, quia transmutatio est actus transmutabilis in quantum transmutable, tale autem materia est termini autem sunt priuatio, & forma, quia generationis est transmutatio de non esse, ad esse, pro quo igitur generationis in sui intellectu, ex istis tribus intrinsece componitur, scilicet & motus, qui teste Auer. 5. Phys. cō. 3. ex iis tribus in sua substantia componitur, uidelicet, subiecto, & termino a quo, & termino ad quem, non loquendo de causis extrinsecis, scilicet est motor, & tempus, si forma erit generationis principium. Secundum dictum ostenditur, quod forma est generationis causa, quia causa est ad cuius esse sequitur aliud, modo ad esse formæ in materia, cœlat generatione, & corruptione tex. cō. 55. habitibus praesertim in materia, nondum generatur aliud, sed iam est. Et hoc confirmatur pulchra autoritate Philosophi, & Cömen. in. 2. de Generatione, & corruptione, in tex. cō. 52. quod dicentes causam generationis materialē, rectius dicunt, cum dant causam transmutationis, in quantum est transmutationis principium. Alii autem nondum principium cœuenti transmutationis. Forma enim cum inuenient, quiescit transmutatio, quomodo igitur potest esse causa transmutationis, unde in esse reali ista duxi sunt uera causa generationis, uidelicet, materia, & motor, ut potes colligere ex. 2. Phy. tex. cō. 72. & 1. de Generato. tex. cō. 4. unde 8. Phy. super hoc fundamento Arist. & Cömen. arguit quod si mobile semper fuit, & motor semper fuit, quare igitur motus non fuit semper, patet autem quod si alia causa est, reale necessaria, ad cauandum motum, quam mobile & motor, quod tunc argumentum eorum procederet ab insufficientia. Forma autem, & finis, non sunt causa realis respectu generationis loquendi de fine generationis, nisi si metaphorice, ut fatetur Arist. in primo de Generatione & corruptione tex. cō. 55. sic igitur intelligi, quomodo principia cuiuslibet generationis oportet semper permanere. Et quomodo principia cuiuslibet generationis sunt tria, materia, forma, & priuatio, quia in intellectu cuiuslibet generationis, cadunt termini, & subiectum: & cum hoc caueat reales cuiuslibet generationis sunt materia, & agens, seu motor, & ita uolo intelligi dicta mea, quantum ad hoc, super his quae dixi, dum esse in iunctiorum in concordantia Auer. in primo de Generatione, & corruptione, super com. 4. & in. 2. de Generatione, in com. 5. ubi. occulte tetigimus istam solutionem, ubi dixi, quicquid sit de principiis generationis in esse rationis, duxi tamen sunt causæ in esse reali, nunc autem declarando mentem meam, dico secus est de principiis generationis loqui, secus de causis, principia tria sunt, causæ uero duxi, quia sumo causam, ad cuius esse sequitur aliud, non autem sumo causam metaphorice causantem. Pro hoc uide tex. com. 4. 1. Meta. Et adiuete etiam quod proposita propositio quod dicit, quod principia oportet manere, quia non sunt ex aliis, nec ex alterutris, & quæcumque sunt, sunt ex eis, ut dicitur. 4. Phys. tex. cömen. 42. intelligitur in genere cause materialis, & intrinseca, & per hoc tollitur instantia de intelligentiis, que sunt principia extrinseca, & remota, sicut diximus respectu sensibilium generabilium, & corruptibilium, principia autem quæ inuestigantur de generatione, in communi reru naturalium, in Physicis sunt prin-

cipia